

KALENDIS JANVARIIS  
 VIRO  
 PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
**JO. CHRISTIANO**  
**A DÜRFELD**

S. R. M. BORVSS. CONSILIARIO INTIMO IVSTITIÆ AC RE-  
 GIMINIS NEC NON CONCILII ECCLESIASTICI PER DVCATVM  
 MAGDEBVRGICVM, MENSARVMQVE IN ACADEMIA FRIDERI-  
 CIANA PROVINCIALIVM DIRECTORI  
 GRAVISSIMO,

LÆTIS HIS ELEGIS  
 ANNO R. S. MDCCXXXV.  
 PIÆ MENTIS ARGVMENTA DARE ET FAVSTISSIMA QVÆVIS  
 APPRECARI CONATI FVERVNT  
 MENSARVM PROVINCIALIVM MAGDEBVRGI-  
 CARVM ALVMI.

HALÆE MAGDEBVRGICÆ,  
 Literis JOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.



Kapsel 78N12 [105]

AK





JO. CHRISTIANO  
A. DURRHEIDT  
S. P. M. BOZZI COM. PINXIT. F. H. W. SCHEFFEL SCULPSIT.  
LIT. G. H. W. SCHEFFEL SCULPSIT.



**M**AXIME VIR, patriæ per TE florentis ocellæ,  
Nobilis Aonii duxque paterque chori.  
Quem, dum successu moderaris cuncta secundo,  
Aula Borussiaci splendida Regis amat,  
Cui præbet faciles illustris curia dextras  
Et gaudent tanto iura Themisque viro,  
Si licet ad paucum differre negotia tempus,  
Sique grauis minimam fert TVA cura moram ;  
Nostra veni placidus positus in carmina rebus,  
Et pia festiuo suscipe vota die,  
Nos TVA turba lumus, TE MECOENATE, beati,  
Et patrocinio portio tuta TVO.  
Hala tenet, doctis vrbs optatissima Musis,  
Alma fouet dulci Fridriciana sinu ;



Pars sacros, pars Hippocratis sectamur honores,  
Pars terimus libros, Justiniane, tuos,  
Omnia dissimiles, reconfiramus in vna;  
Scilicet in patriæ commoda tendit amor.  
Et ne feruentes operas remoretur egestas  
Nec studii præcepta improba claudat;  
Fecit munifici locuples clementia Regis,  
(Hoc liceat longo tempore Regesfrui.)  
Rex iussit, capimusque dapes, DURFELDIUS offert;  
Nomen, ab antiqua nobilitate vigens.  
Datque epulas hospes, TE dispenfante, vocatis,  
Sternitur optatis sobria mensa cibis.  
Sic hilares memoresque TVI prandemus, & amplum  
In nostro nomen personat ore TVVM.  
Nos capimus nunquam frugalis fercula cœnæ,  
Quin subeant animo munera tantapio,  
Prima dies anni Janis festiua Calendis  
Nos vocat in laudes, VIR GENEROSE, TVAS.  
Sic poscit pietas, & Apollo vellicat aurem,  
Pegaseo facilis subdere calcar equo.  
TV nobis, columen nostri memorabile Pindi,  
Fridricianæ das Helicone frui,  
Proque TVIS meritis gratorum dona Clientum  
Accipe, quæ mittit paruula nostra cohors.  
Fertilis instar agri multos in stemmate ramos  
Egregia faustus coniuge semper habe,  
Iple nouum auspiciis lætus felicibus annum  
Ingredere & domui tempora dextra TVAE.  
Non febris, non vlla TVAM contagia lædant,  
Nec morbi læua femina peste domum,  
Inque dies maior plures nanciscere honores,  
Et quas delicias mens generosa capit.

Perge TVO prudens doctusque assistere Regi,  
 Constantique fide, consiliisque togæ.  
 Perge pater timidis præsens succurrere Mulis,  
 Et maneat priscus, qui fuit ante, fauor.  
 Omnibus esto patens, sicut fuit ante, tribunal,  
 Seu sacra seu populo iura profana dabis,  
**TE** Deus incolumem seruet, quia iustior vnnum  
 Diuitibus pandis pauperibusque forum.  
 Iustitiam legesque colis discrimine nullo,  
 Limina si pulsant actor, & inde reus,  
 Imprimis veteres lenis solare Clientes  
 Quos inter quoque nos pars numerusque sumus,  
 Denique si liceat, precibus superaddimus vnnum;  
 Paupertas studio stet bene tecta TVO,



78N12C1057

5

# KALENDIS JANVARIIS V I R O

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO

# JO. CHRISTIANO DÜRFELD

CONSILIARIO INTIMO IVSTITIE AC RE-  
ON CONCILII ECCLESIASTICI PER DVCATVM  
CVM, MENSARVMOYE IN ACADEMIA FRIDERI-  
ANA PROVINCIALIVM DIRECTORI  
GRAVISSIMO,

ETIS HIS ELEGIS  
NO R. S. MDCCXXXV.

GVMENTA DARE ET FAVSTISSIMA QVÆVIS  
APPRECARI CONATI FVERVNT  
PROVINCIALIVM MAGDEBVRGI-  
CARVM ALVMNI.

~~HAJAE MAGDEBVRGICAE,~~  
NIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.



april 78N12 [105]

AK

